

della sua bontà
d'animo.

Tempera poi la
giustizia con la
grazia,

e pone la massima
cura nel misurare i
veri meriti di cia-
scuno,

lontano da ogni
transazione per da-
naro;

giacchè il turpe
traffico di cose sa-
cre che si praticava
per l'addietto, è
ormai bandito dal-
la Curia,

e gravi pene atten-
dono i trasgressori.

Per la qual cosa,
prima di concedere
le grazie, ascolta
il parere de' con-
sultori all'uopo
nominati, affinchè
tutto proceda con-
forme al diritto e
con equità.

La fatica che gli
occorre sostenere
nell'adempir così
il suo ministero è
quasi infinita.

storio inter ^(a) litigantes decernit; preter hec nichil sentire se dulce
in omni ista tam ^(b) invidiosa ^(c) sua fortuna. utrunque profecto
laudabile, sive cum in altero iustitiam ministrat, sive cum in altero
gratiam; quarum utranque quidem ita coniungit ac temperat ut
alteram altera non excludat. id enim quam maxime curat dili- 5
genter ^(d), ne cui denegata iustitia neu exorbitans ^(e) gratia concessa
videatur ^(f). iniusta nemo petat: iusta nulli denegantur ^(g); gratia
pro extimatione meritorum, venia pro modo delicti et penitentiae
mensura conceditur; omnia vero munde ac libere et sine mercede
aut ulla illicita pactione. sublata enim sunt ille superiorum tem- 10
porum tenebre, cum nichil erat tam sanctum quod non venale pro-
poneretur, nec ^(h) tam religiosum quod non interventus pecuniae pro-
fanaret. hic enim brevi usque adeo Curiam omnem sordibus his
emundavit, ut non modo rumor sinister de quoquam audiatur, sed
ne suspicio quidem ulla ⁽ⁱ⁾ suboleat. ipsius namque integritas, qua 15
per omnem anteactam vitam est cognitus ^(k), et penarum metus, quas
in noxios infligendas proposuit ^(l), ceteros ab illicito questu com-
pescit. itaque, quod ad gratias attinet, cum signaturus est, com-
plures ^(m), qui in idipsum constituti sunt ⁽ⁿ⁾, admittit ad supplicantium
preces explicandas, quo facilius sit aditus libellis, et, si quid etiam 20
dissonat aut iuri aut equitati aut iis que antea sint ^(o) indulta, fa-
cilius a multis deprehendi possit. in his non quis dicat, sed quid
quisque dicat, animadvertit, parumque valet intercessoris gratia, si
res ipsa per se non sit equa. calamum illum, quo signat, cum
levissimus sit natura, non aliter tamen tractat quam si molem 25
ingentem digitis versaret; ita illi dispensatio hec gravis onerosaque
videtur, non gratificandi ^(p) quidem, qua in re summa est ei vo-
luptas, sed ne plus minusve quam sit equum fecisse ^(q) videatur.
qua ratione, ne sui quoque ipsius parum largus videri possit, qui
in publicum ministerium assumptus sit, labores sustinet ^(r) pene 30

(a) *G om.* inter (b) *Go om.* tam (c) *P adversa* (d) *P diligentia* (e) *PG ne*
exorbitans (f) *G in marg.*: concessa mittatur In *B* dopo videatur s'arresta l'epistola.
PM annota in marg.: « Ulterius non progreditur hec in antiquiori codice, quæ autem
« ad complementum eius desiderantur ex alio codice excepimus et apposita pagina adie-
« cimus ». (g) *G negentur* *P negantur* (h) *Go nihil* (i) *G nulla* (k) *PG que-*
cognita (l) *PG composuit* (m) *G in marg.*: compluries (n) *G sunt* (o) *Go cum*
quo (p) *PG nam gratificandi* (q) *Go fecisse* In *P* rasura illeggibile e corretta in
fecisse (r) *Go suffert*